

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

De SS. Aderito & Eleuchadio Archiepiscopis Rauennatibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

## DE IORDANO DOMINICANO

sent, ad eò territi sunt, ut nihil ausi, inanes ad Quintianum redierint. Interea Fusca & Maura, quæ hac acceperant, adeunt ad Quintianum, seque Christianas profiteruntur. Adductum Syroum patrem cum Quintianus interrogaret, cur filiam Christiam esse sit passus: ipse quod id se inuito ab ea factum respondisset, adiecit testibus, qui referrent, quibus eam, ob id, poenis afficeret: Fusca & Maura, deorum religio nem falsam spernentes, verberibus affectas innumeris, iubet in teterrimū carcerem Flagellatur. Vbi cùm dies aliquot acerbè vixissent, Quintiani iussu, extra urbem, Fus. Gladio &c. ca. gladio in latus infixo, cum antea calitus emissa vox illam esset ad necem fortiter fuditur, ferendam hortata, confoditur,

Maura nutrix, cadaueri, quod assiduè amplexabatur, illachrymans, rogata carnificem, vt se eadē ratione gladio confoderet, illā infesta est. Cadauera ab Christianis Item 8. nautis noctū rapta, ad Sabratam prouincia Tripolitanæ urbem importata, pulcher Maura. rimo sepulcro condita. Multis deinde post annis, cum cam ciuitatem pirata deprædati essent. Vitalis ciuis Venetus ad urbem desertam, diuino afflatus spiritu, ad nauigans, ad Torcellum Venetiarum in fulam, ea inuexit: vibi nunc honorificentissimo Trālatiō carum. tēplo ac sepulcro religione summa ab incolis venerantur. Hæ mūlierum sanctissimā marum neces contigerunt non antē multò, quam Décius tot scelerum datus pote. Passionis tempus. nas vacuū filio, quem Cæsarem designauerat, trucidatur.

## VITA SANCTORVM ADERITI ET ELEV.

CHADII ARCHIEPISCOPORVM RAVENNATVM, EX  
primo libro historiae Ravennatum Hieronymi  
Rubei viri doctissimi.

**S**ANCTVS Apollinaris Ravennatum Apostolus, dicitur initius 14. Februarii factus certior, fore, vt breui Ravenna exularerit, ac subita op. primeretur calamitate, Capiteq; oppugnaretur: nē Rauen- natem Ecclesiam absque pastore relinquererit, duodecimo 5 Aderitus ordinatur sacerdos. postquam accesserat anno, sacerdotes binos instituit, Ade- ritum & Calocerum: Diacones vero, Martianū virum no- al. \* Elocutum bilissimum, & \* Eleuchadiū summum philosophum. Ce- so igitur Apollinare, peractisque in funere sacris, cū Chri- stiani omnes successorem electuri conuenissent, ignarisi ini- certisque illis quem tanto viro sufficerent, omnibus fermè id renuentibus, quod se tanto muneri impares faterentur, è cælo columba descendens, Aderiti sacerdotis Per columbam sanctissimi capitū incubuit: quapropter continuo clamare omnes Deum commoni- strasse quem eligenter Archiepiscopum. Itaque omniū cōfēnsu prouinciam Archi- episcopatus suscepit Aderitus, vir Græcus, sub id fere tempus, quo Titus, Vespasia, Ravennas no patre in villa circa Sabinos, ventris profluvio, nono anno Imperij mortuo, solus Imperium administrait.

Aderitus igitur, perfunctus absoluti optimique Antifititis omnibus muneribus, cum multis ad verum Dei cultum ab salsa deorum religione auocasset, moritur \* quinto Calendas Octobris: sepultura traditus in oppido Classense, eo loco, quo Sanctobis deinde non multo post diu Probo templum est exædificatum, circiter annum Do- mini centesimum.

Aderito mortuo cùm Ravennates conuenissent de Antifite eligendo tracta- tur, Deumque precarentur, veller eum eligi, qui populo ex diuina sententia pra- eset, statim, vt in Aderito cōtigerat, descendens columba de cælo, capiti incubuit 8. Eleucha diu in locū Aderiti Dei electione, substituitur. Eleuchadij viri Græci, summiq; philosophi, quem iam Apollinaris sacrī initiā rat. Hic Græce Latineq; doctus, interpretatus est grauissime ex diuinis libris com- plures: elegantissimeque conscripsit de Christi conceptu atque ortu ex virginē, de quæ ipsius nece: que omnia iniuria temporum exhaustit. Petrus Damianus, qui Quātū fu- erit sancti hunc miris extollit laudibus, scribit summa fuisse pietate, atque ita virtutibus flo- ruisse, vt in humano corpore vitam cælestem ac diuinam imitaretur. Anno duo Obit. decimo supra centesimum ab Christi ortu, sexto decimo Calendas Martias obiit. Sepultus extra muros Classis: vbi non multo post exædificatum est eius nomini tem- plum, quod Petri Damiani tempore adhuc extabat, in eoque anniversaria sacra- fie.

FEBR VARI XIIII.

Trāslatio  
cīus. 72  
fiebant, Eius offā deinde ab Astulpho Longobardorum Rege Ticinum translata  
sunt, & in diui Michaēlis posita. In cuius templi libro quodam, vbi de reliquis  
Diuorum, quæ ibidem locatæ sunt, sit mentio, hac de Eleuchadij leguntur: A par-  
te dextra, in cornu ipsius templi est corpus sancti Eleuchadij Archiepiscopi Rauen-  
natis, qui dum ob philosophiam, cuius erat peritissimus, fidem Christi studiosissi-  
mè impugnaret, tandem superatus & conquerus est à beato Apollinari, discipulo  
Principis Apostolorum, & cœlestis clauigeri Petri: qui post ciudem conuerctionē  
de fide Christi mirabiliter, scriptis & disputauit, adeò vt tempore suo appellaretur  
hereticorum metus, & primus in Italia ordinavit officium nocturnum patrum &  
diurnum, solenniter distinguendo libros noui & veteris testamenti, ut hodie per  
totam Ecclesiam leguntur in matutinis: & Rauenna huc translatum fuit per Chri-  
stianissimum Imperatorem Constantimum, natum sancte Helenæ qui hanc Basilici-  
cam fundauit, anno nativitatis Domini CCCXXV. propter gloriosum trium-  
phum, quem tunc obtinuit contra Gallicos, Imperium non verentes, preciosi signi  
feri sancti Michaēlis. Hæc ibi.

SERMO BEATI PETRI DAMIANI  
OSTIENSIS EPISCOPI, IN FESTIVITATE EIUSDEM  
sancti Eleuchadij Episcopi.

14. Febru.



ODIERNA festiuitas, fratres charissimi, geminum  
sanctę deuotioni vestræ, immō nostrum gaudiū cu-  
mulat: quia dum venerandi Confessoris Eleucha-  
diij solennia celebramus, necessario Apollinaris ad  
memoriam p̄c̄lara ges̄ta redicimus. Quia enim,  
vt Salomon ait, Gloria patris est filius sapiens: sic  
alterius causa p̄det ex altero, vt quisquis vnius  
laudes digne retulerit, alterius etiam indigne praco-  
nium tacere non possit. Et quia Veritas dicit, Non  
potest filius facere, nisi quod videret patrem facien-  
tem: sic iste beatus alumnus subfecitus est paterna  
vestigia, ita vera fidei p̄dīcando rectā tenuit lineā  
sic religiosē viuendo sancto preceptorī confonā ex-

Tres praeci-  
gui S. Petri  
discipuli.

hibuit clientelam, vt ei merito succederet, in regimen, cuius imitator extiterat san-  
ctitate. Sicut enim beatus Petrus princeps Apostolicū senatus, tres inter ceteros emi-  
nitiores cognoscitur habuisse discipulos, primum videlicet Linum, secundū Cle-  
tū, tertiu Clementē, qui sibi postmodum in Pontificatus arce per ordinem succe-  
serunt: ita nihil omnis & beatus Apollinaris, quatuor egregios discipulos habuit,  
post felicem martyrij sui gloriam sibimet in Ecclesiastico regimine succedentes Ad  
eritum scilicet, & beatum hunc, cui præsens sermo famulatus est, Eleuchadium,  
subindē Martianum, postremo Calocerum.

S. Eleucha-  
dius per S.  
apollinarē  
conuer-  
tur ad Chri-  
stum.

Erat autē Eleuchadius iste philosophus, sicut in ipsa beati magistri cius narratur  
historia. Superata est ergo sapientia Platonis à discipulo p̄scatoris. Misit rete verbi  
in profundam sal fugine maris Rauennatis, & magnam aurā ad fidei litus traxit.  
Porro cuius magister olim nouerat tanta per stagna nauicularum regere, discipulum  
docuit cum arguta dialecticorum versutia disputare: docuit, inquam discipulum

acris ingenij & acutæ facundia homines simplici sermone concludere, quia ad in-

cludendos per profunda pelagi p̄sces, vilia consueverat retia subnodare. Plane

postquam nauicularius pelagi clauicularius constitutus est cœli, discipuli p̄scatorū  
magistri facti sunt oratorum, & sapientia mudi victa est à simplicitate Christi. Quia

enim, vt ait Apostolus, non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Dco  
per stultiam p̄dicationis faluos facere credentes. Hac simplicitate Paulus, qui

se indicat inter Corinthios nihil scire, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, su-

perauit Dionysium Areopagitam apud Athenas. Hac simplicitate cœclusit beatus

Apollinaris Eleuchadium philosophum in vrbe Rauenna: qui & ipse consultus

decorationum peritia, respondit nihil se scire sine nomine Iesu. Veruntamē vtric-

que huic prudenter simplici beatus Petrus sapientia testimonium perhibet. nam

de Pau-

2. Cor. L

1. Cor. 2.

Act. 17.